

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Ambrosii Calepini Dictionarivm Vndecim Lingvarvm**

**Calepino, Ambrogio**

**Basileae, 1616**

E ante D

[urn:nbn:de:bsz:31-107476](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-107476)

EAR EBR EBV ECB ECH EDD EDO EDV EGE 125

EAR nus pen. cor. i. g. Adolentis formosi nomen apud Martiales, a Vere dictum, quod Graeci iav appellant. Easo, ons, Promontorium Pyrenaei montis. Item oppidum Vasconum. Vniufq; autor Ptolemæus, lib. 2. cap. 6.

Ebrion Hæreticus tempore Trajani Imp. docuit Christum esse tantum hominem ex Ioseph & Maria natum, & observationē carcerum Montis ad salutem necessariam esse.

Ebroe, i. e. Vrbis in Chananea ludææ gentile Ebromus. Steph. Ebron, i. e. mons Palestinorum, haud longè à Gaza Syriæ civitate.

Eburones [i. e. g. h. h. Hodiè Lædensis. Vulgò Liege. German. Ebrones.] Populi Galliarum Belgicarum, qui per fraudem multos ex Caesaris exercitu trucidaverunt.

Eburonices, Populi sunt inter Celtas Aulercos, Lexovios, & Vellibis, reliquisq; maximis civitatibus vicini.

Eburum, i. e. g. h. h. Ptolemæo, Moravia oppidum est. Germani vocant Dinsan in Moravia.

Ebulus, i. e. g. h. h. Vulgò Ebulus, insula est in mari Balearico altera Pyrenæorum, nullum animal noxium gignens. Plin. lib. 3. cap. 3. Ebuli terra fugat serpentes, Colubiarumq; paritudo infecta omnibus, nisi Ebuli terram inferentibus. Habet hæc insula oppidum eiusdem nominis, à Phœnicibus (ut putatur) conditum, aut certe à Pœnis, qui à Phœnicibus originem duxerunt. Silius libro 3. iam quæ Ebulus Phœniis movet, iamq; Arabus arma.

Ecameda, sive potius Hecameda, i. e. g. h. h. apud Hom. lib. 11. Iliad. nomen est filie Arctinoi, quæ capta Tenedo, Nestori in prædam cessit.

Echarana, [i. e. g. h. h. Germ. Die Rastatt. Hauptstadt in Schwaben.] numero plurali, pen. cor. metropolis est majoris Medie, à Seleuco condita, ut Plin. lib. 6. cap. 14. Strabo lib. 11. Media in duas partes divisa, quarum alteram maiorem vocant, cuius metropolis fuit Echarana civitas, & Medici imperii caput, nunc enā Partii Regia utuntur. Huius urbis meminit & Cic. in Oratione pro Lege Manilia, de Mithridate loquens: Vsq; in Hispaniam (inquie) Echaranis legatos milite eos duces quibuscum tum bellum gerebamus. & Fuit & in ora Syriæ eiusdem nominis oppidum, in motu situm postea Carmelum appellatum: cuius meminit Plin. lib. 5. cap. 19.

Echemon, i. e. g. h. h. Piæi filius, à Diomede occisus, Homer. Iliad. 5.

Echinæus, per quatuor syllabas, & pen. prod. i. e. g. h. h. omniū Phœcum generosissimus, teste Homero lib. 7. Odysseæ.

Echeria, i. e. g. h. h. Vrbis Italiae, Steph. Echetia, i. e. g. h. h. Vrbis Siciliae.

Echerra, i. e. g. h. h. Vrbis Italiae, Steph. Echinas, i. e. g. h. h. Ger. Ino trino Justen gegen dem aufzahn des hies Acheloi vber geteigt in di Meer so an Anomaniam bestet. Exigæ sunt insulae, Acarnaniæ adjacentes, ex adverso ostii Acheloi fluminis, nate ex arena & limo imperu Acheloi convehito, teste Plin. lib. 2. cap. 83. De Echinasibus pulchre Thyrid lib. 2. ubi de Acheloo Ovid. lib. Meram, & involuto fabula verum occultavit. & ex Najadibus factas insulas tradidit: quoniam hæc terre fluvio adgestæ fuerunt. Statius lib. 2. Theb. Turbidus oblectas Achelous Echinas exit. Lucanus: Crassus obliat Echinas undis.

Sentia in Trojade declinat Echinas, & pen. prod. Quolibet vento faciles Echinas. Lege Dulichium in Steph. Qui etiam has insulas circa Aetoliam esse scribit: & hoc nomen fortitas ab asperitate, vel Echinosum copia, vel Echino vate.

Echinon, Thraciæ urbs est ad Pegaseum sinum Pomp. Meli lib. 2. in Thraciæ descriptione.

Echinus, pen. prod. i. e. g. h. h. Stephano. Oppidum est Acarnanæ, nō procul ab ostio Acheloi, quod Echinasibus insulis nomen fecisse putatur. [Ger. Ein Stein nahe bey dem aufzahn Acheloi geteigt.] Meminit huius oppidi Plin. lib. 4. cap. 1. & Est item Echinus, oppidum in ora Phthionidis ad Maliacū sinum, circa quod Sperchius in mare influit. De hoc Cicero in Arato: Dicitur excelis errans in collibus amens, Quos tenet Aegæo defixa in gurgite Echinus. Recensetur etiam à Ptolemæo lib. 3. cap. 13.

Echion, pen. prod. i. e. g. h. h. Vnus fuit illorum, quorum opera ad iunus Cadmus, Thebas edificavit: de quo Ovid. 3. Metamor.

Hinc etiam ipsi Thebani à Poëta Echionidæ & Echionii passim appellantur.

Eddana, i. e. g. h. h. Vrbis est ad Euphratem, à Phœnicibus habitata: ita dicta ab Eddano duce, Steph.

Edefsa, i. e. g. h. h. Civitas est Melopotamiae, sive (ut Plinius mavie) Syriae Cœles, olim Rages dicta, teste Hieronym. de Traditione Hebraicis. In hac Abagarus Toparchus regnavit, cujus extat ad Christum Epistola, & Christi ad eundem responsio: ut videre est apud Eusebium in hist. Ecclesiast. lib. 1. Hæc olim etiam Bambyce dicta est. Strabo: Trans Euphratem est Bambyce, quam & Edessam & Hieropolim vocant: in qua Atergatum Syriam deam colunt.

Edefsa, i. e. g. h. h. Vrbis, dicti sunt Edesse cives. Edefsi, Populi Scythiae, Steph. Editi, Ptolemæo, insula est iuxta Orientalem plagam Hiberniæ Andros Plinio dicta.

Edom [i. e. g. h. h. Edom idem] Esau dictus est, ob cōsionem rufæ lentis, cuius edulio primogenita perdidit. Hebraei namq; (ut Iosephus lib. 2. scribit) Edom ruberū dicit. Unde & regio, in qua regnabat Esau, Edom dicta est, quæ Græci, de flexo nonnulli nomine Idumæam, id est Idumiam, deo ominaverūt. Hæc nunc regio (inquit Hieronymus) Gebalena dicitur, quæ est in finibus Eleutheropoleos, ubi habitabat ante Chores, qui interpretantur liberitudo: & ipsa urbs postea fortita vocabulū est. Nunc vitalus Palmira est à conditore sic imposto nomine.

Edon, i. e. g. h. h. teste Servio, Mons est Thraciæ, aut certe Macedoniæ quæ Thraciæ proxima est, qui à Plinio lib. 4. cap. 11, appellatur Edonus.

Edon, i. e. g. h. h. vel Edoni, pen. longa (apud Græcos enim per scribitur) Populi Edoni mori vicini Horat. lib. 2. Carm. Non ego fanus Bacchabor Edonis: recepto Dulce mihi furete est amico.

Edonius, & Edonus, adjectiva: id est significant quod Thraciæ. Viug. 12. Aen. Ac velut Edoni Boreæ quib; spiritus alto Infonant Aegeæ. Ad hunc etiam modū Statius dixit Edonas hyemes, pro rigore acerrimo, quale est in finibus Thraciæ.

Edonydes, [i. e. g. h. h. German. Dinstlinge Weiber met dem hachten jense dâst huten.] Mulieres bacchantes, quæ iuxta divino agitata, mysteria Bacchi celebrabant. Variis autem nominibus appellabantur: nam & Evantes, & Thyades, & Mirmallones, & Menades, & Buffarides dictæ sunt. De his Ovid. Prioris in sylvis matres Edonidas omnes. Quæ vide-re nefas, tota ad hæc ligavit.

Edonis, i. e. g. h. h. Civitas Phrygiæ, Cimmeriorum olim sedes postea Antandros dicta. Steph.

Edraci, Vrbis in Galatiæ regione, vicina lacui Gadareno, ad quam exiit est Og rex Bathan, quæ postea cessit dimidia tribui Man. de, trans Iordanem. Num. 21. Ios. 13.

Edumæi, i. e. g. h. h. vel Idumæi, Populi Asiatici, Steph. Vide EDOM & EDUMÆA.

Edysum [Pol. i. e. g. h. h. ab edendo dixerunt veteres deum quæ est præterat: quemadmodum Potinam, quæ potui. Autoi Nonius.

Edyia, i. e. g. h. h. apud Hesiodum in Theogoni: Nymphæ nomen est, O. exni & Teihyos filia.

Edyine, i. e. g. h. h. Vrbis Cariae, Steph.

Eetion, ons, i. e. g. h. h. Pater fuit Andromaches, & socer Hectoris, qui apud Thebas Cœlicæ imperabat, teste Homer. lib. 12. Iliad. & Hinc deducitur adjectivum Eetionæus, ut Ovid. 12. Metam. Eetionæas implevi sanguine Thebas.

Eetionæa, i. e. g. h. h. Alterum ex Piræci promontionis, Steph.

Egesta, i. e. g. h. h. Oppidum est citerioris Hispaniæ, nativi salis fontis nobilitatum Plin. lib. 3. cap. 7. In Hispania quoque citeriore Egesta exditur sal glebis penè translucentibus, cui iam pridem palma inter omnia salis genera à plenisq; medicis perhibetur.

Egestia, i. e. g. h. h. Nympha fuit, cui sacrificabāt pregnantæ, quod eam putabant facile fortū utero egerere. [Ger. Ein Stein dat schwangeren Weibern.] Vide AEGESTIA.

Egefinus, Philolophus, Evandri auditor, Cuius meminit Cicero Acad. quæst. lib. 4.

Egestia, i. e. g. h. h. Civitas in Sicilia, quæ Aeneas condidit, & ab Aetolis matre Egesta nominavit. Erat aut Egesta filia Hippotæ Trojani, quæ pater, ne mare belluē traderet, impolitū naviculæ dux & ventis comisit, quæ tandem in Sicilia delata, à Crimno amne cōprensa, Aetien edidit. Hæc postea Segesta dicta fuit: & Segestani incolæ: quorum meminit Plin. lib. 3. cap. 1.

Egion, Vrbis inter Aetolos & Peloponnesiacos, autor Pöponi. Egnia, i. e. g. h. h. Ptolemæo, Vrbis est Apuliæ, ad mare Ionis, quæ hodiè Iuvencium dicitur.

Egra, i. e. g. h. h. Stephano, Oppidū Arabiæ, ad sinum Eraniticū. Alia est eisdem nominis in Germania. [Ger. Egra am Wörmereit.]

E ante I.